

Commentarii ad nuntia et studia de re liturgica
 Editi cura Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum
 Mensile- sped. Abb. Postale - 50% Roma

Directio: Commentarii sedem habent apud Congregationem de Cultu Divino et
 Disciplina Sacramentorum, ad quam transmittenda sunt epistolae, chartulae, manu-
 scripta, his verbis inscripta Notitiae, *Città del Vaticano*

Administratio autem residet apud *Libreria Editrice Vaticana - Città del Vaticano -*
 c.c.p. N. 00774000.

Pro Commentariis sunt in annum solvendae: in Italia lit. 50.000 / € 25,83 - extra
 Italiam lit. 70.000 / € 36,16 (\$ 54).

Typis Vaticanis

IOANNES PAULUS PP. II

Acta: La celebrazione domenicale (3-4)

Allocutiones: L'Eucaristia, pegno della gloria futura (5-7)

CONGREGATIO DE CULTU DIVINO ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Summarium Decretorum	8-17
Responsa ad dubia proposita	18-19

CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

Instructio de orationibus ad obtinendam a Deo sanationem	20-34
Istruzione circa le preghiere per ottenere da Dio la guarigione.	35-50
Instruction on Prayers for Healing	51-65

STUDIA

The Origins of the Collect for the Fourth Sunday «Per annum» (<i>A. Ward, S.M.</i>)	66-67
Commento biblico alla Colletta della Domenica IV «Per annum» (<i>F. Manzi</i>)	68-70
The Origins of the Collect for the Fifth Sunday «Per annum» (<i>A. Ward, S.M.</i>)	71-75
Commento esegetico alla Colletta della Domenica V «Per annum» (<i>F. Manzi</i>)	76-80

CONGREGATIO DE CULTU DIVINO ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

notitiae

2001 - VOL. XXXVII

CITTÀ DEL VATICANO

RESPONSA AD DUBIA PROPOSITA

AN NON LICEAT TABERNACULUM, QUO SS.MUM SACRAMENTUM ASSERVATUR, E VITRO CONFICERE

R. *Negative.*

Vitrum ex natura sua simul transparentes et fragile, immo comminabile est. Attamen, normae vigentes de tabernaculo statuuntur, non solum ut idem collocetur pro « cuiusque ecclesiae structurā et iuxta legitimas locorum consuetudines, [...] in parte ecclesiae pernobilis, insigni, conspicua, decore ornata, et ad orationem apta » (*Institutio Generalis Missalis Romani* [2000], n. 314; cf. *Codex Iuris Canonici*, can. 938 § 2; cf. S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium*, n. 54; Instr. *Inter Oecumenici*, n. 95), sed etiam ut « sit inamovibile, materia solida atque inviolabili, non transparenti confectum » (*Institutio Generalis Missalis Romani* [2000], n. 315; cf. *Codex Iuris Canonici*, can. 938 § 3; cf. S. Congr. pro Sacram. et Cult. Div, Instr. *Inaestimabile donum*, n. 25; Instr. *Eucharisticum mysterium*, n. 52; Instr. *Inter Oecumenici*, n. 95; S. Congr. de Sacramentis, Instr. *Nullum unquam tempore*, diei 28 maii 1938, n. 4: A.A.S. 30 [1938] pp. 199-200; Rituale Romanum, *De sacra Communione et de cultu mysterii eucharistici extra Missam*, editio typica 1973, nn. 10-11).

Necessaria haec inviolabilitas e fide christiana exoritur, quemadmodum reverentia erga Corpus Domini habenda requirit, ut « quam maxime periculum profanationis » sacrarum specierum eucharisticarum vitetur (*ibidem*). Quapropter Concilium Vaticanum II decrevit, ut leges ecclesiasticae de tabernaculi securitate perinde ac de nobilitate et dispositione eius tractantes recognoscerentur (*Sacrosanctum Concilium*, n. 128). Nostris vero diebus, non raro, quod valde dolendum, tabernacula violantur, ita ut « optimum sane consilium foret si tabernaculum sit vera arca ferrea, quam vocant vulgo *cassaforte*, *coffre-fort* cum clave » (Instr. *Nullum unquam tempore*, n. 4).

Tum ex natura liturgicae celebrationis tum ex nexu asservationis Ss.mae Eucharistiae cum Missae celebratione, ne materia transparentes in tabernaculo conficiendo sit sumenda, consequitur. « Ratione » enim « signi magis congruit », ut in Missae celebratione « praesentia eucharistica Christi, quae fructus est consecrationis et ut talis apparere debet », ita adsit, ut a fidelibus videri nequeat (cf. S. Congr. Rituum, Instr. *Eucharisticum mysterium*, n. 55; cf. etiam *Institutio Generalis Missalis Romani* [2000], n. 315). Igitur, etiam prohibetur « celebratio Missae perdurante expositione Ss.mi Sacramenti, in eadem aula ecclesiae ». Nam « celebratio mysterii eucharistici modo perfectiore includit illam communionem internam ad quam expositio intendit fideles adducere, et ideo tali subsidio non indiget » (*ibidem*, n. 61). Insuper, attendendum est Ecclesiae traditionem requirere, ut, praeterquam in celebratione Missae et in sacra Communione infirmis extra Missam distribuenda, sacra species eucharistica oculis hominum in illis tantum temporibus exponatur, quibus ei peculiaris honor et cultus adorationis tribui potest.